

montibus uero aurum de uenis. ipsi tantum habent aurum quod pro sacijs sex argenti datur saçium unum auri Jn ista quoque prouincia expe[n]dunt similiter porcelane de quibus superius declaratum. Jn ista prouincia maximi oriuntur serpentes. & ita sunt magni quod homines mirari deberent solummodo audire de eorum esse ne dum uidere. Nam aliqui sunt longitudinis passuum decem & grositudinis circumcirca palmos x set istius quantitatis sunt maiores. ipsi habent a parte anteriori iuxta capud duo crura brevia que pedes non habent. set habent tres unguis videlicet duas paruas & unam maiorem factas in modum unguis falconum uel leonum capud habent maximum. & oculos qui sunt maiores uno 29<sup>r</sup> pane os habent tam magnum quod deglutirent integrum vnum bouem dentes habent maximos Jpsi sunt ita magni & feroce ultra modum quod omnis homo & bestia ipsos timet Jtem reperiuntur minores istis videlicet de passibus viij vj & .v. longi. huiusmodi uero serpentes taliter capiuntur. nam propter intensum calorem de die sub terra permanent in cauernis de nocte uero exeunt ad pascendum. & bestias omnes comedunt/ quas posunt attingere. & dum comedent serpunt ad lacus fontes & flumina causa potus & dum eundo ad flumina propter potum per arenam serpunt. pre nimia grauitate ponderis eorum tam magna patent uestigia quasi una magna trabs illac foret deducta. Et uenatores ipsos capientes ubi discernunt limitem per quem soliti sunt ire uersus aquam. in aliquo descensu ripe per quam limes descendat. palum unum fingunt ualde fortem ita subtus teram quod de ipso palo quasi nil appetet & in ipso pallo figunt vnam melam ferri ualde acutam & bene incidentem. que aliquantulum uersus ingressum serpentum manet dependens. & supra palum forte per digitos tres appetet & cum arena eam coperiunt uenatores & huiusmodi ingenia in pluribus locis plura ponunt secundum plures tramites plurium serpentum hora uero qua serpens protendit ad flumina causa potus/ dum peruenerit ad locum ingenij. propter descensum ripe procedens cum fuga se in predictum ferum repercutit| quousque ad umbilicum scinditur per 29<sup>v</sup> uentrem incipiendo iuxta pectus ita quod statim serpens moritur & tunc homo propter clamorem auium cognoscit serpentem fore mortuum & tunc illuc accedit aliter non audet ibi apropinquare & statim ipsum excorians fel de corpore extrahit. & ipsum ualde carum uendit nam de ipso fiunt optime medicine/ quia si qua persona a cane rabbido morderetur & daretur ei in potu de hoc felle & statim liberatur. si mulier dolores patiens in partu parere non ualendo sumpto in potu modico de dicto fele statim se expediens a doloribus liberatur/ preterea in dicta prouincia nascuntur magni equi qui ducuntur in indyam ad uendendum gentes ille equitant stapites tenentes longas quemadmodum apud nos. & ideo dicitur longas quia tartari & quasi omnes alie gentes propter sagitamenta ipsas portant breues. quia cum sagitant se rittos errigunt supra equos. habent etia[m] arma

nota